



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

VII. Qvomodo Sedem Apostolicam post electionem adierit, & curam
resignauerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

QVO MODO SEDEM APOSTOLI-

cam post electionem adierit, & curam resignauerit.

EGITUR acceptis literis iuxta verbum Domini Apostolici, beatus OTTOROMAM, in ascensione Domini veniens, transiuit, & * Manianam ciuitatem Campanie dominum Apostolicum inuenit. Porro viri honorati, qui cum eo erant, data & accepta salute, dominum Apostolicum etiam ex parte salutant * calce; subdentes petitionem & vota pro electo. OTTO vero nihil cunctatus ordinem & modum ascensionis aperit, fatetur omnia, baculum ponit & annulum ad pedes Apostolici, temeritatis vel errati veniam petit; insinuans tamen non voluntate sua, sed potestate factum aliena. Pro quo & seuerius in se canonicę distributionis sibi imprecatur ultionem. Apostolicus vero, vir summę prudentiæ, constantiam eius admiratus, leuare iubet insignia. Negat ille; indignum se & peccatorem protestatus. Cum Apostolicus, sancti spiritus, inquit, festum propinquat, tanti * arbitrij consilij rem hanc commodare debemus. Deinde ubi de his satis vtrinque dictum est, benedictione accepta, OTTO cum suis ad hospicium adgreditur. Ibi multa secum tota nocte, & sequenti die tractabat malitiam temporum, anxietates & pericula pastorum, inobedientiam & inquietudines subditorum; postremo quidquid in tali re, duri vel aduersi esse potest ante oculos ponebat, ac plena deliberatione omnibus depositis, priuatus & quietus apud se viuere decreuit. Itaque * astuti socijs via, quid deliberasset aperuit. Moxque valefacies domino Apostolico, & curie, per viam qua venerat, redire cepit. Cumque iter cucurrisset missis legatis, sub sanctę obedientiæ mandato Apostolicus redire iubet ab eum, mittit dona donorum significantia, monet cor & corpus aptare * spiritus sancti. Quid faceret? Obedientia retrahitur, à comitibus repellitur, & cum tremore ac reuerentia iuxta mandatum

VII.

l. in Anagnina ciuitate.

l. Ecclesia intellige nomine Ecclesia Babenbergensis.

l. arbitrij

l. accitis.

l. Spiritus sancti vel donis spiritus sancti.

datum domini Apostolici reuersus, in sancto die sacrosan-
ctæ Pentecostes, petentibus nuncijs * talis suæ ab ipso do-
mino Apostolico inuestitur, multoq; decore ac letitia totius
curiæ, sancti spiritus inuocatione, inter missarum solennia
in Episcopum consecratus est. Et reuertens de itinere li-
teras expectanti Ecclesiæ suæ præmisit.

**LITERÆ OTTONIS CHORO
& Capitaneis post reditum a sede Apo-
stolica destinata.**

VIII.



O TTONI Dei gratia Babenbergensis
Episcopus, **EBERHARDO** Præposito, **ADAL-
BERTO** Decano, cæterisque fratribus omne
bonum.

Quantum ego noui & expertus sum caritatem vestram,
scio vos iam diu expectare euentum nostri laboris, vt de
nostro successu siquidem bene, per misericordiam Dei
gaudeatis. Ne ergo diutius suspensi aut dubij sitis de nobis,
aut si iustum est sincerissime gaudeatis, literis istis vobis si-
gnificare decreuimus, quàm misericorditer Deus more
suo post immensos labores, & sudores plurimos, nobiscum
operatus sit. In die Pentecostes sancto, qui ex aduentu
sancti spiritus factus, & cunctis fidelib^o vniuersæ solennis est,
illo inquam die, Deo sic ordinante in **ANANIA** ciuitate
CAMPANIÆ, quæ **ROMANAM** diuidit & **APULIAM**, Epi-
scopalis benedictionis munus, quamuis indignus, domi-
no largiente suscepi; venerabili Papa domino **PASCHA-
LI** manum imponente; cæteris vero Episcopis plurimis
cooperantibus; Clero quoq; Romanæ Ecclesiæ, cuius
magna pars ea die in eandem ciuitatem conuenerat,
astante